Praeterea Ultra praemissos Officij praefati Castren. Capitaneatus Premislien. Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia per eius simplicibus vel triplicatis Euasionibus, Suspensionibus fatalis Iuris, protectione Terrae, bello, conuentioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Itae sua praesens personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Illustris ac M: Dux Radziwil atque G: Woiakowski Rbnt:

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesen. Castren. Capitaneat. Premyslien. Illustris et Magnificus Michael Casimirus Radziwil, Sacri Romani Imperij Princeps, Dux in Olyka et Nieswiez, Comes in Szydlowiec, Mir et Krozy, Procancellarius et Campiductor Magni Ducatus Lithuaniae, Lidensis, Premyslien. Ostrensis, Szluchowien., Stryjnicen., Niżynen., Camenecensis Capitaneus ab Una: et Generosus Joannes Woiakowski, olim Gnosi Gaspari Woiakowski, Iudicis Terrae Premyslien. Filius, parte ab altera: Sanimentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Iuribus Iudiciisque suis quibuslibet proprijs et competen. recedendo, praesenti vero Castren. Capitaneatus Premyslien. Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie iniungendo atque subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et inuicem Una pars alteri, ac posteris utriusque partis, se, ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniarum quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesen.: Intercisam certam inserere Recognitiones ratione certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum. Actum et data illius hic Premysliae die hesterna

in actu contenta confectam et conscriptam, manibus sui Regentum proprijs ab utrinque subscriptam: in omnibus et singulis eiusque Intercisae Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadijs, ligaminibus ac nexibus generaliter universis firmiter tenere, complere, exequi, ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis eius contentis tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere: Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentis roborationem, et Inscriptionem praesentem robur, ad praedictam Intercisam vicissim in toto referendo: idque sub Vadio Sex Millium florenorum polonicalium parti praesenti, cum Successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte, quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. pro quo quidem Vadio, modo praemisso ad solvendum succumbita atque re aliqua praeinsertorum ex contentis Intercisae praefatae non completa aut non expleta praefata existens violata pars una praemissa non tenens, sive eius posteri, ad instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis vel illius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc vel respective pro quo ad Vadium spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eaque omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes cuiusque Terminos semper peremptorios vera Infirmitate, praemaiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictiones vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem praetereà ultra proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Forijs simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, Suspensionibus

35

fataly's Juris, externe Terri, bello, Conventioneq ac alys oibq Juris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Iidem mutuo sese Quietant.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Premysliensibus Illustris et Magnificus Michael Casimirus Radziwil Sacri Romani Imperij Princeps, Dux in Olyka et Niesviez, Comes in Szydlowiec, Mir et Krozy, Procancellarius et Campiductor magni Ducatus Lithuaniae, Lidensis, Premysliensis, Ostrensis, Czluchoviensis, Chojnicensis, Nizinensis, Camienecensis etc. Capitaneus ab Una, et Generosus Joannes Woiakowski, olim Generosi Gasparis Woiakowski, Judicis Terrae Premysliensis filius partibus ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesentique Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis quibusvis totaliter ac plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere, publice, ac perexpresse recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo interesse recognovit, Quia ipsi sese mutuo et invicem Una pars alteram, et Successores Utriusque partis, de Intercisa certa, inter praefatum Illustrem et Magnificum Ducem Radziwil Unum Agentium ab Una et eundem olim Generosum Judicem Terrae Premysliensis Parentem alterius Agentis parte ab altera: de actu et data eiusdem Intercisae Varsaviae Sabbatho ante festum Sanctissimae et Individuae Trinitatis, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quinquagesimo Nono quoad contenta certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum confecta et conscripta, manibus Contrahentium ambarum Subscripta